

72. GAIUS, lib. 2 cotidianarum Rerum, sive aureorum. Socius socio etiam culpae nomine tenetur, id est, desidia, atque negligentiae. Culpae autem non ad exactissimam diligentiam dirigenda est: ufficit etenim talem diligentiam communibus rebus adhibere, qualem suis ebus adhibere solet; quia qui parum diligentem sibi socium acquirit, de se queri debet.

73. ULPIANUS, lib. 1 Responsorum Maximino respondit. Si societatem universarum fortunarum coierint, id est, earum quoque rerum, quae postea cuique acquiruntur, hereditatem cuius eorum delatam, in commune redigendam. Idem Maximinus respondit, si societatem universarum fortunarum ita coierint, ut quidquid erogaretur, vel quaereretur, communis lucri atque impendii esset, ea quoque, quae in honorem alterius liberorum erogata sunt, utrinque imputanda.

74. PAULUS, lib. 62, ad Edictum. Si quis societatem contraxerit, quod emit, ipsius fit, non commune: sed societatis iudicio cogitur rem communicare.

75. CELSUS, lib. 15 Digestorum. Si coita sit societas ex his partibus quas Titius arbitratus fuerit; si Titius, antequam arbitraretur, decesserit, nihil agitur: nam id ipsum actum est, ne aliter societas sit, quam ut Titius arbitratus sit.

76. PROCLUSUS, lib. 5 Epistolarum. Societatem mecum coisti, ea conditione, ut Nerva amicus communis partem societatis constitueret: Nerva constituit, ut tu ex triente socius esses, ego ex besse: queris, utrum ratum id iure societatis sit, an nihilominus ex aequis partibus socii sumus? Existimo autem melius te quaesitum fuisse, utrum ex his partibus socii essemus, quas is constitueret, an ex his, quas virum bonum constituere oportuisset: arbitror enim genera sunt duo, unum ejusmodi, ut sive aequum sit, sive iniquum, parere debeamus; quod observatur, cum ex compromisso ad arbitrum itum est: alterum ejusmodi, ut ad boni viri arbitrium redigi debeat; etsi nominatim persona sit comprehensa, cujus arbitrata fiat:

77. PAULUS, lib. 4 Questionum. Veluti cum lege locationis comprehensum est, ut opus arbitrio locatoris fiat.

78. PROCLUSUS, lib. 5 Epistolarum. In proposita autem questione arbitrium viri boni existimo sequendum esse: eo magis, quod iudicium pro socio bonae fidei est.

79. PAULUS, lib. 4 Questionum. Unde si Nerva arbitrium ita pravam est, ut manifesta iniquitas ejus appareat, corrigi potest per iudicium bonae fidei.

80. PROCLUSUS, lib. 5 Epistolarum. Quid enim, si Nerva constitueret, ut alter ex millesima parte, alter ex duobus millesimis socius esset? Illud potest conveniens esse viri boni arbitrio, ut non utique ex aequis partibus socii sumus, veluti si alter plus operae, industriae, gratiae, pecuniae in societatem collaturus erat.

81. PAPIANUS, lib. 9 Questionum. Si socius pro filia dotem promisit, et prius, quam solveret, herede ea relicta decessit, quae postea cum marito de exigenda dote egit, accepto liberata est: quaesitum est, an si pro socio ageret, dotis quantitatem praecipere deberet, si forte convenisset inter socios, ut de communi dos constitueretur? Dixi, pactum non esse iniquum, utique si non de alterius tantum filia convenit: nam si commune hoc pactum fuit, non interesse, quod alter solus filiam habuit: ceterum, si numeratam dotem pater, defuncta in matrimonio filia, reciperasset, reddi pecuniam societati debuisse; pactum ex aequitate sic nobis interpretantibus: quod si, salva societate, divortio matrimonium solutum foret, cum sua causa dotem reciperari, scilicet ut ea vel alii marito dari possit, nec, si prior maritus facere non posset, denuo de societate constituendam dotem: nisi [si] nominatim ita convenisset. Verum in proposito largiter esse videbatur, dos numerata esset, an vero promissa: nam si filia datam dotem, posteaquam patri heres extitit, iure suo recepisset, non esse referendam pecuniam societati, quam mulier habitura fuit, etsi alius heres extitisset: quod si accepto a marito liberata esset, nequaquam imputari posse societati, non solum pecuniam.

14. L. 5, § 2, supr. § ult. Inst. eod. — 15. L. 5, § 1, supr. eod. — 16. Obs. L. 4, C. de commun. utriusque iudic. — 17. Adde L. 25, in pr. infr. locati; L. 43, L. 44, infr. de verb. oblig. — L. ult. circa fin. C. de contrah. empt. — 18. L. 24, in pr. infr. locati. — 19. L. 27, § 2, supr. de recept. qui arbor. — 20. L. 25, in pr. infr. locati. — 21. L. 52, § 1, supr.; L. 5, C. A. 1, § 28 Inst. de action. — 22. L. 6, in fin. supr. h. t. — 23. L. un. § 1, C. de rei usor.

82. Idem, lib. 3 Responsorum. Jure societatis per socium ere alieno socius non obligatur: nisi in communem arcam pecuniae versa sunt.

83. PAULUS, lib. 1 Manualium. Illud quaerendum est, arbor, quae in confinio nata est, item lapis, qui per utrumque fundum extenditur, an cum succisa arbor est vel lapis exemptus [ejus sit], cujus fundus: pro ea quoque parte singulorum esse debeat, pro qua parte in fundo fuerat: an, qua ratione duabus massis duorum dominorum confatis, tota massa communis est, ita arbor hoc ipso, quo separatur a solo, propriamque substantiam in unum corpus redactam accipit, multo magis pro indiviso communis fit, quam massa? sed naturali convenit rationi, et postea tantam partem utrumque habere, tam in lapide, quam in arbore, quantam et in terra habebat.

84. LABEO, lib. 6 posteriorum a Javoleno Epitomatorum. Quoties jussu alicujus vel cum filio ejus, vel cum extraneo societas coitur, directo cum illius persona agi posse, cujus persona in contrahenda societate spectata sit.

LIBER OCTAVUSDECIMUS.

TIT. I.

DE CONTRAHENDA EMPTIONE, ET DE PACTIS INTER EMPTOREM, ET VENDITOREM COMPOSITIS, ET QUAE RES VENIRE NON POSSUNT.

1. PAULUS, lib. 33, ad Edictum.

Origo emendi vendendique a permutationibus cepit: olim enim non ita erat nummus: neque aliud merx, aliud pretium vocabatur: sed unusquisque secundum necessitatem temporum, ac rerum, utilibus inutilia permutabat, quando plerumque evenit, ut, quod alteri superest, alteri desit: sed quia non semper, nec facile concurrebat, ut, cum tu haberes, quod ego desiderarem, invicem haberem, quod tu accipere velles, electa materia est, cujus publica ac perpetua aestimatio difficultatibus permutationum, aequalitate quantitatis subveniret: eaque materia forma publica percussa, usum dominiumque non tam ex substantia praebet, quam ex quantitate: nec ultra merx utrumque, sed alterum pretium vocatur. — § 1. Sed, an sine nummis venditio dici hodieque possit, dubitatur, veluti si ego togam dedi, ut tunica acciperem? Sabinus et Cassius esse emptionem et venditionem putant: Nerva et Proculus permutationem, non emptionem hoc esse: Sabinus Homero teste utitur, qui exercitum Graecorum aere, ferro, hominibusque vinum emere refert illis versibus:

Ἔθθεν ἀπ' οὐκόντο καρκυκλώοντες ἄχαιοί, Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' ἀθωνι οὐδ' ἄρῳ, Ἄλλοι δ' ἐρύοις, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσι, Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσιν.

Id est, Hinc quidem vinum emebant comati Achivi: Alii quidem aere, alii autem splendido ferro, Alii vero pellibus, alii autem ipsis vaccis, Alii autem mancipiis.

Sed hi versus permutationem significare videntur, non emptionem, sicut illi:

Ἐνθ' αὖτε Πλαύκῳ Κρονίδης ἑρένας ἔδωκετο Ζεῦς, Ὃς πρὸς Τυδείδῃν Διαικίδεα τευγὴ ἀμείβεν.

Id est, Hinc rursus Glaucō Saturnius mentes exemit Jupiter, Qui cum Tydide Diomedea arma mutavit.

Magis autem pro hac sententia illud diceretur, quod alias idem poeta dicit:

act. — 24. L. 19, in pr. supr. commun. divid. — 25. L. 7, in fin.; L. 8, infr. de acquir. rer. domini. — 26. § ult. Inst. quod cum eo, qui in alieno potest. — Tit. I. — 1. Lib. 4, C. 5 et 5, Inst. 24. — 2. Lib. 4, C. 5. — 3. Lib. 4, C. 40. — 4. § 2, Inst. h. t.

— πρίστω κρείσσειν ἔδωκεν. Id est, — emit possessionibus suis.

Sed verior est Nerva et Proculi sententia: nam ut aliud est vendere, aliud emere, alius emptor, alius venditor, sic aliud est pretium, aliud merx, quod in permutatione discerni non potest, uter emptor, uter venditor sit. — § 2. Est autem emptio juris gentium: et ideo consensu peragitur: et inter absentes contrahi potest, et per nuncium, et per literas.

2. ULPIANUS, lib. 1, ad Sabinum.

Inter patrem et filium contrahi emptio non potest: sed de rebus castrensibus potest. — § 1. Sine pretio nulla venditio est. Non autem pretii numeratio, sed conventio perficit sine scriptis habitam emptionem.

5. Idem, lib. 28, ad Sabinum.

Si res ita distracta sit, ut si displicuisset, inempta esset, constat, non esse sub conditione distractam, sed resolutam emptionem sub conditione.

4. POMPONIUS, lib. 9, ad Sabinum.

Et liberi hominis, et loci sacri, et religiosi, qui haberi non potest, emptio intelligitur, si ab ignorante emitur:

5. PAULUS, lib. 5, ad Sabinum.

Quia difficile dignosci potest liber homo a servo.

6. POMPONIUS, lib. 9, ad Sabinum.

Sed Celsus filius ait, hominem liberum scientem te emere non posse: et cujuscuque rei, [si] scias alienationem non esse, ut sacra, et eligiosa loca, aut quorum commercium non sit, ut publica, quae non in pecunia populi, sed in publico usu habeantur, ut est Campus Martius. — § 1. Si fundus annua, bima, trima die, ea lege venisset, ut si in diem statutum pecunia soluta non esset, fundus inemptus foret: et ut, si interim emptor fundum coluerit, fructusque ex eo perciperit, inemptio eo factio restituerentur, et [ut] quanti minoris postea alii venisset, ut ad emptor venditori praestaret, ad diem pecunia non soluta, placet venditori ex vendito eo nomine actionem esse: nec conturbari debemus, quod inempto fundo factio dicatur, actionem ex vendito futuram esse: in emptis enim et venditis potius id, quod actum, quam id, quod dictum sit, sequendum est; et cum hoc id dictum sit, apparet hoc duntaxat actum esse, ne venditor emptori, pecunia ad diem non soluta, obligatus esset: non ut omnis obligatio empti et venditi utriusque solveretur. — § 2. Condicio, quae initio contractus dicta est, postea alia pactione immutari potest: sicuti etiam abiri tota emptione potest, si nondum impleta sunt, quae utrique praestari debuerunt.

7. ULPIANUS, lib. 28, ad Sabinum.

Haec venditio servi, si rationes domini computasset arbitrio, condicionalis est: conditionales autem venditiones tunc perficiuntur, cum impleta fuerit conditio: Sed utrum haec est venditionis conditio, si ipse dominus putasset suo arbitrio? an vero, si arbitrio viri boni? nam si arbitrium domini accipiamus, venditio nulla est: quemadmodum si quis ita vendiderit, si voluerit: vel stipulanti sic spondeat, si voluerit, decem dabo: neque enim debet in arbitrium rei conferri, an sit obstrictus. Placuit itaque veteribus, magis in viri boni arbitrium id collatum videri, quam domini: si igitur rationes potuit accipere, nec accepit, vel accepit, fingit autem se non accepisse, impleta conditio emptionis est: et ex empto venditor conveniri potest. — § 1. Hujusmodi emptio, quantum tu emisti, quantum pretii in arca habeo, valet: nec enim incertum est pretium tam evidenti venditione: magis enim ignoratur quanti emptus sit, quam in rei veritate incertum est. — § 2. Si quis ita emerit, est mihi fundus emptus centum, et quanto pluris cum vendidero, valet venditio, et statim impletur: habet enim certum pretium, centum: augebitur autem pretium, si pluris emptor fundum vendiderit.

8. POMPONIUS, lib. 9, ad Sabinum.

Nec emptio nec venditio sine re, quae veneat, potest intelligi: et tamen fructus et partus futuri recte ementur; ut, cum editus esset par-

5. L. 1, in pr. infr. de rer. permut. — 6. L. 5, supr. de justit. et iure, § 2, in fin. Inst. de iure natur. gent. et civil. — 7. L. 2, L. 48, infr. de oblig. et act. — 8. L. ult. C. si quis alteri, vel sibi. — 9. L. 4, supr. de iudic. — 10. § 1, Inst. L. g. C. h. t. — 11. Inst. in pr. et § 5, eod. — 12. L. 10, L. 17, C. de fide instrum. — 13. L. 2, § 3, infr. pro emptore; L. 4, C. de edict. act. — 14. L. 2, in pr. infr. de in diem addit. — 15. L. 70, infr. § ult. Inst. h. t. — 16. L. 34, § 2, infr. eod. — 17. d. L. 34, § 1. — 18. Adde L. 11, L. 24, infr. eod. — 19. L. 4, in pr. infr. de leg. commissor. — 20. L. 5, infr. de rescind. vend. — 21. L. 37, in fin. infr. h. t.; L. 8, in pr. infr. de peric. et commodo rei vend. — 22. L. 15, C. h. t. — 23. L. 8, infr. de oblig. et act. — 24. L. 17, L. 46, in fin.; L. 108, in fin. infr. de verb. oblig. — 25. d. L.

tus, jam tunc, [cum contractum esset negotium], venditio facta intelligatur: sed si id egerit venditor, ne nascatur, aut fiant, ex empto agi posse. — § 1. Aliquando tamen et sine re venditio intelligitur, veluti cum quasi alea emitur: quod fit, cum captus piscium, vel avium vel missilium emitur: emptio enim contrahitur, etiamsi nihil incidit: quia spei emptio est: et quod missilium nomine eo casu captum est, si evictum fuerit, nulla eo nomine ex empto obligatio contrahitur: quia id actum intelligitur.

9. ULPIANUS, lib. 28, ad Sabinum.

In venditionibus et emptionibus consensus debere intercedere palam est: ceterum sive in ipsa emptione dissentient, sive in pretio, sive in quo alio, emptio imperfecta est: si igitur ego me fundum emere putarem Cornelianum, tu mihi te vendere Sempronianum putasti, quia in corpore dissensimus, emptio nulla est. Idem est, si ego me Stichum, tu Pamphilum absentem vendere putasti: nam cum in corpore dissentiantur, apparet nullam esse emptionem. — § 1. Si in nomine dissentiamus, verum de corpore constat, nulla dubitatio est, quin valeat emptio et venditio: nihil enim facit error nominis, cum de corpore constat. — § 2. Inde queritur, si in ipso corpore non erratur, sed in substantia error sit, ut puta si acetum pro vino veneat, aere pro auro, vel plumbum pro argento, vel quid aliud argento simile, an emptio et venditio sit? Marcellus scripsit lib. 6 Digestorum, emptionem esse et venditionem, quia in corpore consensus est, etsi in materia sit erratum: ego in vino quidem consentio, quia eadem prope visum, id est, substantia est, si modo vinum acuit: ceterum si vinum non acuit, sed ab initio acetum fuit, ut embamma, id est, intinctus, aliud pro alio venisse videtur: in ceteris autem nullam esse venditionem puto, quotiens in materia erratur.

10. PAULUS, lib. 5, ad Sabinum.

Aliter, atque si aurum quidem fuerit, deterius autem quam emptor existimaret: tunc enim emptio valet:

11. ULPIANUS, lib. 28, ad Sabinum.

Alioquin quid dicemus, si caecus emptor fuit? vel si in materia erratur? vel in minus perito discernendarum materialium? In corpus eos consensisse dicemus? Et quemadmodum consensus, qui non vidit? — § 1. Quod si ego me virginem emere putarem, cum esset jam mulier, emptio valet: in sexu enim non est erratum. Ceterum si ego mulierem venderem, tu puerum emere existimasti, quia in sexu error est, nulla emptio, nulla venditio est.

12. POMPONIUS, lib. 31, ad Quintum Mucium.

In hujusmodi autem questionibus personae ementium et vendentium spectari debent, non eorum, quibus adquiritur ex eo contractu actio: nam si servus meus vel filius, qui in mea potestate est, me presente, suo nomine emat, non est quaerendum, quid ego existimem: sed quid ille, qui contrahit.

13. Idem, lib. 9, ad Sabinum.

[Sed] si servo meo, vel ei, qui mandavero, vendas sciens fugitivum, illo ignorante, me sciente: non teneri te ex empto verum est.

14. ULPIANUS, lib. 28, ad Sabinum.

Quid tamen dicemus, si in materia et qualitate ambo errarent? ut puta si et ego me vendere aurum putarem, et tu emere, cum aere esset? ut puta coheredes viriolam, quae aurea dicebatur, pretio exquisito uni heredi vendidissent, eaque inventa esset magna ex parte aenea? Venditionem esse constat: ideo, quia auri aliquid habuit: nam si inauratum aliquid sit, licet ego aureum putem, valet venditio: si autem aere pro auro veneat, non valet.

15. PAULUS, lib. 5, ad Sabinum.

Et si consensus fuerit in corpus, id tamen in rerum natura ante venditionem esse desiderit, nulla emptio est. — § 1. Ignorantia emptori prodest, quae non in supinum hominem cadit. — § 2. Si rem meam mihi ignorantia vendideris, et jussu meo alii tradideris, non putat Pomponius, dominium meum transire: quoniam non [hoc] mihi propositum fuit, sed quasi tuum dominium ad eum transire: et ideo etiam si donaturus mihi rem meam, jussu meo alii tradas, idem dicendum erit.

17. — 26. L. 1, § 1, infr. de legat. 2. — 27. § 1, Inst. h. t. — 28. L. 54, § 2, in fin. infr. eod. — 29. L. 15, in pr. infr. de pignorib.; L. 24, in pr. infr. de legat. 1, § 7, Inst. de legat.; L. 75, in pr. infr. de verb. oblig. — 29. L. 11, in fin. infr. de act. empt. — 30. L. 15, infr. d. t. — 31. L. 10, in fin. infr. de hered. vel act. vend. — 32. L. 2, C. h. t. — 33. L. 4, in pr. infr. de legat. 1. — 34. L. 4, C. de testam. — 35. L. 14, in fin. infr. h. t. — 36. L. 25, infr. de verb. oblig. — 37. L. 11, § 5, infr. de act. empt. — 38. L. 7, § 15, supr. de Publiciana; L. 51, in pr. infr. de adl. edict. — 39. L. 21, § 2, infr. de act. empt. — 40. Vide tamen L. 41, in fin. infr. h. t. — 41. L. 9, § 2, supr. eod. — 42. Adde L. 16, infr. eod.

16. POMPONIUS, lib. 9, ad Sabinum.

Suae⁴⁵ rei emptio non valet, si sciens sive ignorans emi: sed si ignorans emi, quod solvendo repetere potero, quia nulla obligatio fuit. — § 1. Nec tamen emptio obstat, si in ea re ususfructus duntaxat ementis sit:

17. PAULUS, lib. 33, ad Edictum.

Officio tamen⁴⁴ iudicis pretium minuetur.

18. POMPONIUS, lib. 9, ad Sabinum.

Sed si communis ea res emptori cum alio sit, dici debet, scisso pretio pro portione, pro parte emptionem valere, pro parte non valere. — § 4. Si servus domini jussu, in demonstrandis finibus agri venditi, vel errore, vel dolo plus demonstraverit, id tamen demonstratum accipi oportet, quod dominus senserit: et idem Alfenus scripsit de vacua possessione per servum tradita.

19. Idem, lib. 34, ad Quintum Mucium.

Quod vendidi, non aliter fit accipientis, quam si aut pretium nobis solutum sit, aut satis eo nomine factum⁴⁵: vel etiam fidem⁴⁶ habuerimus emptori sine ulla satisfactione.

20. Idem, lib. 9, ad Sabinum.

Sabinus respondit, si quam rem nobis fieri velimus [etiam], veluti statum, vel vas aliquod, seu vestem, ut nihil aliud, quam pecuniam daremus, emptionem videri: nec posse ullam locationem esse, ubi⁴⁷ corpus ipsum non detur ab eo, cui id fieret: aliter, atque si aream darem, ubi insulam aedificares, quoniam tunc a me substantia proficitur.

21. PAULUS, lib. 3, ad Sabinum.

Labeo scripsit, obscuritatem pacti nocere potius debere venditori⁴⁸, qui id dixerit, quam emptori: quia potuit re integra apertius dicere.

22. ULPIANUS, lib. 28, ad Sabinum.

Hanc legem venditionis, si quid sacri vel religiosi est, ejus venit nihil, supervacuum non esse, sed ad⁴⁹ modica loca pertinere: ceterum, si omne⁵⁰ religiosum, vel sacrum, vel publicum venierit, nullam esse emptionem.

23. PAULUS, lib. 3, ad Sabinum.

Et quod solverit eo nomine, emptor condicere⁴⁴ potest.

24. ULPIANUS, lib. 28, ad Sabinum.

In iudiciis autem ex empto esse actionem: quia non specialiter locus⁵² sacer vel religiosus venit, sed emptio maioris partis accessit.

25. Idem, lib. 34, ad Sabinum.

Si ita distrahitur illa, aut illa res, utram eligit⁵³ venditor, haec erit empti. — § 1. Qui⁵⁴ vendidit, necesse non habet fundum emptoris facere: ut cogitur, qui fundum stipulanti spondit⁵⁵.

26. POMPONIUS, lib. 17, ad Sabinum.

Si sciens emam ab eo, cui bonis interdictum sit, vel cui tempus ad deliberandum de hereditate ita datum sit, ut ei deminueri⁵⁶ potestas non sit, dominus non ero. Dissimiliter atque si a debitore sciens creditorem fraudati emero.

27. PAULUS, lib. 8, ad Sabinum.

Qui a quolibet rem emit, quam putat ipsius esse, bona fide emit: at qui sine tutoris auctoritate⁵⁷ a pupillo emit, vel falso tutore auctore, quem scit tutorem non esse, non videtur bona fide emere, ut [et] Sabinus scripsit.

28. ULPIANUS, lib. 41, ad Sabinum.

Rem alienam distrahere quem posse, nulla dubitatio est: nam emptio est et venditio: sed res emptori auferri potest.

29. Idem, lib. 43, ad Sabinum.

Quotiens servus venit, non⁴⁸ cum peculio distrahitur: et ideo, si veni non sit exceptum, sive exceptum sit, [ne cum peculio veniat], non cum peculio distractus videtur: unde si qua res fuerit peculiaris a servo subrepta, condici potest, videlicet quia furtiva: hoc ita, si res ad emptorem pervenerit:

43. L. 45, in pr. infr. de reg. jur.: L. 4, L. 10, C. h. t.: c. 10, L. 34, § 4, infr. eod. — 44. § 2, Inst. de legat.: L. 82, § 2, infr. de legat. r.: 45. L. 53, infr. h. t.: L. 38, § 2, infr. de lib. caus.: § 4, Inst. de rer. divis.: 46. d. § 4, fac. L. 12, C. de rei vind.: 47. Adde L. 65, infr. h. t.: L. 2, in fin. infr. locat.: § 4, Inst. de locat.: 48. L. 33, infr. h. t.: L. 59, supr. de pact.: L. 38, § 18, L. 29, in pr. infr. de verb. oblig.: 49. Adde L. 24, infr. h. t.: L. 6, in pr. supr. eod.: 50. L. 6, in pr. supr. eod.: 51. L. 41, in fin. infr. eod.: 52. d. L. 6, in pr. L. 29, supr. eod.: 53. L. 34, § 6, infr. eod.: 54. L. 30, § 1, infr. de act. empt.: 55. L. 75, in fin. infr. de verb. oblig.: 56. L. 10, in pr. infr. de curat. furios.: 57. L. 9, C. de usucap. pro empt.: 58. L. 16, supr. de pecul.: L. 5, infr. de evict.: 59. L. 17, § 3, supr. de servit. praed.

30. Idem, lib. 32, ad Edictum.

Sed ad exhibendum agi posse nihilominus, et ex vendito, puto.

31. POMPONIUS, lib. 22, ad Sabinum.

Sed et si quid postea accessit peculio, reddendum est venditori, veluti partus, et quod ex operis vicarii perceptum est.

32. ULPIANUS, lib. 44, ad Edictum.

Qui tabernas argentarias, vel ceteras, quae in solo publico sunt, vendit, non solum, sed jus vendit: cum istae tabernae publicae sunt, quarum usus ad privatos pertinet.

33. POMPONIUS, lib. 33, ad Sabinum.

Cum in lege venditionis ita sit scriptum, *flumina, stillicidia, ut nunc sunt, ut⁵⁹ ita sint*, nec additur, quae flumina, vel stillicidia: primum spectari oportet, quid acti sit; si non id appareat, tunc id accipitur, quod venditori nocet⁶⁰: ambigua enim oratio est.

34. PAULUS, lib. 33, ad Edictum.

Si in emptione fundi dictum sit, *accedere Stichum servum*, neque intelligatur, quis ex pluribus accesserit, cum de alio emptor, de alio venditor senserit, nihilominus fundi venditionem valere constat: sed Labeo ait, cum Stichum debere, quem venditor intellexerit: nec refert, quanti sit accessio⁶¹, sive plus in eo sit, quam in ipsa re, cui accedat, an minus: pleraque enim res aliquando propter accessiones emimus, sicut cum domus propter marmora, et statuas, et tabulas pictas ematur. — § 1. Omnium rerum, quas quis habere, vel possidere vel persequi potest, venditio recte fit, quas vero natura, vel gentium⁶² jus, vel mores civitatis commercio exuerunt, earum nulla venditio est. — § 2. Liberum⁶³ hominem scientes emere non possumus: sed nec talis emptio, aut stipulatio⁶⁴ admittenda est, cum servus erit: quamvis dixerimus, futurus⁶⁵ res emi posse: nec enim fas est, ejusmodi casus⁶⁶ expectare. — § 3. Item si et emptor et venditor scit furtivum esse quod venit, a neutra parte obligatio contrahitur. Si emptor solus scit, non obligabitur venditor: nec tamen ex vendito quidquam consequitur, nisi ulro quoque convenierit, praestet: quod si venditor scit, emptor ignoravit, utrumque obligatio contrahitur: et ita Pomponius quoque scribit. — § 4. Rei suae⁶ emptio tunc valet, cum ab initio agatur, ut possessionem emas, quam forte venditor habuit: et in iudicio possessionis potior esset. — § 5. Alia causa est degustandi, alia metiendi: gustus enim ad hoc proficit, ut improbare liceat: mensura vero non eo proficit, ut aut plus, aut minus veniat, sed ut appareat, quantum ematur. — § 6. Si emptio ita facta fuerit, est mihi emptus Stichus, aut Pamphilus, in potestate est⁶⁷ venditoris, quem velit dare, sicut⁶⁸ in stipulationibus: sed uno⁷⁰ mortuo, qui superest, dandus est: ideo prioris periculum ad venditorem, posterioris ad emptorem respicit: sed et si pariter decesserunt, pretium debetur: unus enim utique periculo emptoris vixit. Idem dicendum est, etiam⁷¹ si emptoris fuit arbitrium, quem vellet habere: si modo hoc solum arbitrio ejus commissum sit, ut, quem voluisset, emptum haberet, non et illud, an emptum haberet. — § 7. Tutor rem pupilli emere non potest⁷²: idemque porrigendum est ad similia, id est, curatores, procuratores, et qui negotia aliena gerunt⁷³.

35. GAIUS, lib. 10, ad Edictum provinciale.

Quod saepe⁷⁴ *arrhae* nomine pro emptione datur, non eo pertinet, quasi sine arrha conventio nihil proficiat: sed ut evidentius probari possit, convenisse de pretio. — § 1. Illud constat, imperfectum esse negotium, cum emere volenti sic venditor dicit, *quanti velis, quanti equum putaveris, [quanti aestimaveris], habebis emptum*. — § 2. *Veni malum*⁷⁵ quidam putat non contrahi emptionem: quia nec societas⁷⁶, aut mandatum flagitiose rei, ulla vires habet: quae sententia potest sane vera videri de his, quae nullo modo, adjectione alterius materiae, usque nobis esse possunt: de his vero, quae mixta aliis materiis adeo nocendi naturam deponunt, ut ex his antidoti, et alia quaedam salubria medicamenta conficiantur, aliud dici potest. — § 3. Si quis amico peregre eunti mandaverit⁷⁷, ut *fugitivum suum quaerat, et si invenit, vendat*, nec ipse contra senatusconsultum committit, quia non vendidit, neque amicus ejus quia praesentem vendit, emptor quoque, qui praesentem emit, recte negotium gerere intelligitur. — § 4. Si res vendita per furtum perierit,

urban. — 60. L. 21, supr. h. t.: L. 172, in pr. infr. de reg. jur.: 61. L. 44, in pr. infr. de ed. edict.: 62. L. 6, in pr. supr. h. t.: 63. d. L. 6, in pr.: 64. L. 85, § 5, infr. de verb. oblig.: 65. L. 8, in pr. supr. h. t.: 66. d. L. 85, § 5, circa med.: 67. L. 16, supr. h. t.: 68. L. 25, in pr. supr. eod.: 69. L. 10, in fin. infr. de jur. dot.: 70. d. L. 10, in fin.: 71. L. 95, in pr. infr. de solutio.: 72. L. 3, § 2, infr. de socio. tut.: vide tamen L. 3, C. h. t.: 73. L. 3, § 1, infr. de reb. eorum, qui sub tutel.: 74. Inst. h. t. in pr.: 75. L. 5, in pr. infr. ad leg. Corn. de sicar.: 76. L. 57, supr. de socio. L. 1, § 14, infr. de tutel. et ration. distrab.: L. 70, in fin. infr. de fidejuss.: 77. L. 2, § 1, infr. ad leg. Fab. de plagiar.

prius animadvertendum⁷⁸ erit, quid inter eos de custodia rei convenerat: si nihil appareat convenisse, talis⁷⁹ custodia desideranda est a venditore, qualem bonus paterfamilias suis rebus adhibet: quam si praestiterit, et tamen rem perdidit, securus esse debet, ut⁸⁰ tamen [scilicet] vindicationem rei et conditionem exhibeat emptori: unde videbimus in personam ejus, qui alienam rem vendiderit: cum in nullam vindicationem aut conditionem habere possit, ob id ipsum damnandus est: quia si suam rem vendidisset, potuisset eas actiones ad emptorem transferre⁸¹. — § 5. In his, quae pondere, numero, mensurave constant (veluti frumento, vino, oleo, argento), modo ea servantur, quae in ceteris, ut simul atque de pretio convenierit, videatur perfecta venditio: modo ut, etiam si de pretio convenierit, non tamen aliter videatur perfecta venditio, quam⁸² si ad mensa, ad mensa, adnumerata sint: nam si omne vinum vel oleum, vel frumentum, vel argentum, quantumcumque esset, uno pretio venierit, idem juris est, quod in ceteris rebus. Quod si vinum ita venierit, ut⁸³ in singulas amphoras: item oleum, ut in singulos metretas: item frumentum, ut in singulos modios: item argentum, ut in singulas libras certum pretium diceretur: quaeritur, quando videatur emptio perfici: quod similiter scilicet quaeritur et de his, quae numero constant, si pro numero corporum pretium fuerit statutum? Sabinus et Cassius tunc perfici emptionem existimant, cum adnumerata, ad mensa, ad mensa sint: quia venditio quasi sub hac conditione videtur fieri, ut in singulos metretas, aut in singulos modios, quos, quasve ad mensus eris, aut in singulas libras, quas adpenderis: aut in singula corpora, quae adnumeraveris. — § 6. Ergo et si *grex* venierit: si quidem universaliter uno pretio, perfecta videtur, postquam de pretio convenierit: si vero [in] singula corpora certo pretio, eadem erunt, quae proxime tractavimus. — § 7. Sed et si ex dolario pars vini venierit, veluti metreta centum, verissimum est (quod et constare videtur) antequam admetiatur, omne periculum ad venditorem pertinere: nec interest, unum pretium omnium centum metretarum an semel dictum sit, an in singulos eos. — § 8. Si quis in vendendo pradio confinem claverit, quem emptor si⁸⁴ audisset, empturus non esset, teneri venditorem.

36. ULPIANUS, lib. 43, ad Edictum.

Cum in venditione quis pretium rei ponit⁸⁵, donationis causa non exacturus, non videtur vendere.

37. Idem, lib. 3 Disputationum.

Si quis fundum jure hereditario sibi delatum ita vendidisset, *erit tibi emptus [tantum], quanti a testatore emptus est*, mox invenitur non emptus, sed donatus testatori, videtur quasi sine pretio facta venditio: ideoque similis erit sub conditione factae venditioni: quae nulla est, si conditio⁸⁶ defecerit.

38. Idem, lib. 7 Disputationum.

Si quis donationis causa minoris vendat, venditio valet: totiens enim dicimus, in totum venditionem non valere, quotiens⁸⁷ universa venditio donationis causa facta est: quotiens vero vilioris pretio res, donationis causa, distrahitur, dubium non est, venditionem valere. Hoc inter ceteros: inter⁸⁸ virum vero et uxorem donationis causa venditio facta pretio vilioris, nullius momenti est.

39. JULIANUS, lib. 18 Digestorum.

Si debitor rem pigoratam a creditore⁸⁹ redemerit, quasi suae rei emptio, actione ex vendito non tenetur, et omnia in integro sunt creditorii. — § 1. Verissimum est, eum, qui fructum olivae pendens vendidisset, et stipulatus est *decem pondo olei, quod natum esset*, pretium constituisse ex eo quod natum esset, usque ad decem pondo olei: idcirco solis quinque collectis, non amplius emptor petere potest, quam quinque pondo olei quae collecta essent, a plerisque responsum est.

40. PAULUS, lib. 4 Epitomarum Alfeni digestorum.

Qui fundum vendebat, in lege ita dixerat, *ut emptor in diebus triginta proximis fundum metretur, et de modo renuncietur, et si ante eam diem non renunciasset, ut venditoris fides soluta esset*: emptor intra diem mensurae, quo minorem modum esse credidit, renuntiavit, et pecuniam pro eo accepit: postea eum fundum vendidit: et, cum ipse emptori suo admittetur, multo minorem modum agri, quam putaverat, invenit: quaerebat, an id quod minoris esset, consequi a suo venditore posset? Respondit, interesse, quemadmodum lex di-

78. § 5, vers. quod si Egerit. Inst. h. t.: 79. L. 5, L. 11, in fin. infr. de peric. et commod. rei vend. — 80. L. 31, in pr. infr. de act. empt.: 81. L. 80, in pr. infr. de furt.: 82. L. 1, § 1, infr. de peric. et commod. rei vend.: § 6, infr. h. t.: 83. L. 2, C. de peric. et commod. rei vend.: 84. L. 39, infr. de act. empt.: 85. L. 5, L. 9, in fin. C. h. t.: 86. L. 8, in pr. infr. de peric. et commod. rei vend.: 87. L. 56, supr. h. t.: 88. L. 17, in pr. supr. ad SC Vellian.: 89. L. 12, in pr. infr. de jur. dot.: L. 5, § 5, infr. de donat. inter vir et uxorem: 89. L. 40, in pr. supr. de pigorat. act.: 90. L. 3, § 2, fin. supr. de servit. praed. rustic.: 91. L. 80, in pr.

ceretur: nam si ita dictum esset, *ut emptor diebus triginta proximis fundum metretur, et domino renuncietur, quanto modus agri minor sit*: quo post diem trigesimum renunciasset, nihil ei profuturum: sed si ita pactum esset, *ut emptor in diebus proximis fundum metretur, et de modo agri renuncietur*: et si in diebus triginta renunciasset, minorem modum agri esse, quamvis multis post annis, posse eum quo minor is modus agri fuisset, repetere. — § 1. In lege fundi *aquam accessuram* dixit: quaerebatur, an etiam iter⁹⁰ aquae accessisset? Respondit, sibi videri id actum esse: et ideo iter quoque venditorem tradere oportere. — § 2. Qui agrum vendebat, dixit, *fundi jugera decem et octo esse: et quod ejus ad mensum erit, ad singula jugera certum pretium stipulatus erat*: viginti inventa sunt: pro viginti debere pecuniam respondit. — § 3. Fundi venditor *frumenta manu⁹¹ sata* receperat, in eo fundo ex stipula seges erat enata: quaesitum est, an pacto contineretur? Respondit, maxime referre, quid est actum: ceterum secundum verba esse actum, quod ex stipula nasceretur, non magis, quam si quid ex sacco saccarii [cecidisset], aut ex eo quod avidus ex aere cecidisset, natum esset. — § 4. Cum fundum quis vendiderat, et omnem fructum receperat, et arundinem, caduam et silvam, in fructum esse, respondit. — § 5. *Dolia, quae in fundo domini essent, accessura* dixit: etiam ea, quae servus, qui fundum coluerat, emisisset, peculiaris emptori cessura respondit. — § 6. Rota⁹² quoque, per quam aqua traheretur, nihilominus aedificii est, quam situla.

41. JULIANUS, lib. 3, ad Urseium Ferocem.

Cum ab eo, qui fundum alii obligatum habebat, quidam sic emptum rogasset, *ut esset is sibi emptus, si eum liberasset, dummodo ante kalendas Julias liberaret*. Quaesitum est, an utiliter agere possit ex empto in hoc, ut venditor eum liberaret? Respondit: Videamus, quid inter ementem et vendentem actum sit: nam si id actum est, *ut omni modo intra kalendas Julias venditor fundum liberaret*, ex empto erit actio ut liberet: nec sub conditione emptio facta intelligitur, veluti si hoc modo emptor interrogaverit, *erit mihi fundus emptus, ita ut eum intra kalendas Julias liberet*: vel ita: *ut eum intra kalendas a Titio redimas*: si vero sub conditione facta emptio est, non poterit agi ut conditio impleatur. — § 1. Mensam argento cooperatam mihi ignoranti pro solida vendidisti imprudens: nulla est emptio⁹³, pecuniaque eo nomine data condicetur⁹⁴.

42. MARCIANUS, lib. 1 Institutionum.

Domini neque per se, neque per procuratores suos, possunt saltem criminosos servos vendere, *ut⁹⁵ cum bestiis pugnent*. Et ita divi fratres rescripserunt.

43. FLORENTINUS, lib. 8 Institutionum.

Ea quae commendandi⁹⁶ causa in venditionibus dicuntur, si palam appareant, venditorem non obligant: veluti si dicat *servum speciosum, domum bene edificatam*: at si dixerit *hominem literatum vel artificem⁹⁷*, praestare debet: nam hoc ipso pluris vendidit. — § 1. Quaedam etiam pollicitationes venditorem non obligant, si ita in promptu res sit, ut eam emptor non ignoraverit, veluti si quis hominem luminibus effossis emat, et de sanitate stipuletur: nam de cetera parte corporis potius stipulatus videtur, quam de eo, in quo se ipse decipiebat. — § 2. Dolum malum⁹⁸ a se abesse praestare venditor debet: qui non tantum in eo est, qui fallendi causa obscure loquitur: sed etiam qui insidiosae obscure dissimulat.

44. MARCIANUS, lib. 3 Regularum.

Si duos quis servos emerit pariter uno pretio, quorum alter ante venditionem mortuus est, neque in vivo constat emptio.

45. Idem, lib. 4 Regularum.

Labeo libro posteriorum scribit, si vestimenta interpola quis pro novis emerit, Trebatio placere, ita emptori praestandum quod interest, si ignorans interpola emerit: quam sententiam et Pomponius probat, in qua et Julianus est: qui ait, siquidem ignorabat venditor, ipsius rei nomine teneri: si sciebat, etiam damni, quod ex eo contingit: quemadmodum si vas aurichalcum pro auro vendidisset ignorans, tenetur, ut aurum, quod vendidit, praestet.

46. Idem, lib. singulari de Delatoribus.

Non licet ex officio⁹⁹ quod administrat quis emere quid vel per se, infr. h. t.: 92. L. 2, supr. commun. praed.: 93. *Fide tamen* L. 14, in fin. supr. h. t.: 94. L. 16, in pr.: L. 25, supr.: L. 52, in med.: L. 57, in pr. infr. eod.: L. 7, infr. de hered. vel act. vend.: L. 8, in fin. pr. infr. de peric. et commod. rei vend.: 95. L. 11, § 1, infr. ad leg. Corn. de sicar.: 96. L. 57, supr. de dolo malo: L. 19, in pr. infr. de edil. edict.: 97. L. 13, § 4, infr. de act. empt.: 98. L. 6, § 8, infr. d. t.: 99. L. 62, in pr. infr. h. t.: L. 8, § 1, infr. ad leg. Jul. repetund.: L. 46, § 2, infr. de iure fisci: L. un. C. de contract. judic.

vel per aliam personam: alioquin non tantum rem amittit, sed et in quadruplum convenitur secundum constitutionem Severi et Antonini: et hoc ad procuratorem quoque Caesaris pertinet. Sed hoc ita se habet, nisi specialiter quibusdam hoc consensus est.

47. ULPIANUS, lib. 29, ad Sabinum.

Si aqua ductus debeatur praedio, [et] jus aquae transit ad emptorem, etiamsi nihil dictum sit: sicut et ipsa fistulae, per quas aqua ducitur.

48. PAULUS, lib. 8, ad Sabinum.

Licet extra aedes sint.

49. ULPIANUS, lib. 29, ad Sabinum.

Et quamquam jus aquae non sequatur, quod amissum est: attamen fistulae et canales, dum [sibi] sequuntur, quasi pars aedium ad emptorem perveniunt: et ita Pomponius lib. 10 putat.

50. Idem, lib. 11, ad Edictum.

Labeo scribit, si mihi bibliothecam ita venderis, si decuriones campani locum mihi vendidissent, in quo eam ponerem, et per me stet, quo minus id a Campanis impetrem, non esse dubitandum, quin praescriptis verbis agi possit: ego, etiam ex vendito agi posse, puto, quasi impleta conditione, cum per emptorem stet, quo minus impleatur.

51. PAULUS, lib. 21, ad Edictum.

Litora, quae fundo vendito conjuncta sunt, in modum non computantur, quia nullius sunt: sed jure gentium omnibus vacant: nec viae publicae, aut loca religiosa vel sacra: itaque, ut proficiant venditori, caveri solet, ut viae, iura litora, et loca publica in modum cedant.

52. Idem, lib. 54, ad Edictum.

Senatus censuit, ne quis domum villamve dirueret, quo plus sibi acquireretur: neve quis negotiandi causa eorum quid emeret, vendere: poena in eum, qui adversus senatusconsultum fecisset, constituta [est], ut duplum ejus, quanti emisisset, in aerarium inferre cogere: in eum vero qui vendidisset, ut irrita fieret venditio. Plane, si mihi pretium solveris, cum tu duplum aerario debeas, repetes a me, quod a mea parte irrita facta est venditio. Nec solum huic senatusconsulto locus erit, si quis suam villam vel domum, sed et si alienam vendiderit.

53. GAIUS, lib. 28, ad Edictum provinciale.

Ut res emptoris fiat, nihil interest, utrum solum sit pretium, an eo nomine fidejussor datus sit. Quod autem de fidejussore diximus, plenius acceptum est, qualibet ratione [si] venditori de pretio satisfactum est: veluti expromissore, aut pignore dato, proinde sit, ac si pretium solum esset.

54. PAULUS, lib. 1, ad Edictum aedilium curulium.

Res bona fide vendita, propter minimam causam inempta fieri non debet.

55. Idem, lib. 2, ad Edictum aedilium curulium.

Nuda et imaginaria venditio pro non facta est: et ideo nec alienatio ejus rei intelligitur.

56. Idem, lib. 50, ad Edictum.

Si quis sub hoc pacto vendiderit ancillam, ne prostituatur, et, si contra factum esset, ut liceret ei abducere: etsi per plures emptores mancipium ecurrerit, ei qui primo vendit abducendi potestas fit.

57. PAULUS, lib. 8, ad Plautium.

Domum emi, cum eam et ego et venditor combustum ignorarem? Nerva, Sabinus, Cassius, nihil venisse, quamvis area maneat: pecuniam solum condici posse aiunt. Sed si pars domus maneret, Nerva ait in hac quaestione multum interesse, quanta pars domus incendio consumpta permaneat: ut si quidem amplior domus pars exusta est, non compellatur emptor perficere emptionem: sed etiam quod forte solum ab eo est, repetet. Sin vero vel dimidia pars, vel minor quam dimidia exusta fuerit, tunc coartandus est emptor venditionem adimplere, aestimatione viri boni arbitrata habita, ut quod ex pretio propter incendium decrescere fuerit inventum, ab hujus praestatione liberetur. — § 1. Sin autem venditor quidem sciebat combustum esse exustam, emptor autem ignorabat, nullam venditionem stare, si tota domus ante venditionem exusta sit: si vero quantacunque pars aedificii remaneat, et stare

100. L. 2, § 1, infr. de admin. rer. ad civit. pertinent. — 1. Hoc abrogat. N. Leon. 84. — 2. L. 48. L. 49, in pr. infr. h. t.; L. 58, in fin. infr. de act. empt. — 3. L. 24, infr. de con. dit. et demonstr. — 4. L. 7, in pr. infr. h. t.; L. 5, § 2, infr. de rer. divis. — 6. L. 7, § 1, infr. de peric. et commod. rei vend. — 7. L. ult. infr. de damno infect. — 8. L. 41, in fin. infr. h. t. — 9. L. 19, supr. eod. — 10. L. 51, infr. de solutio. — 11. L. 4, supr. de in. inter. restit. — 12. L. 12, infr. de aqua et aqua plus. arrend. — 13. L. 54, infr. de oblig. et act. — 14. L. 16, infr. de reg. jur. — 15. C. de transact. — 16. L. 1, C. si mancip. ita ve-

venditionem, et venditorum emptori quod interest restituere. — § 2. Simili quoque modo ex diverso tractari oportet, ubi emptor quidem sciebat, venditor autem ignorabat, et hic enim oportet, et venditionem stare, et omne pretium ab emptore venditori, si non depensum est, solvi: vel, si solum sit, non repeti. — § 3. Quod si uterque sciebat, et emptor et venditor domum esse exustam totam, vel ex parte, nihil actum fuisse, dolo inter utramque partem compensando: et iudicio, quod ex bona fide descendit, dolo ex utraque parte veniente, stare non concedente.

58. PAPIANUS, lib. 10 Quaestionum.

Arboribus quoque vento dejectis vel assumptis igne, dictum est, emptionem fundi non videri esse contractam, si contemplatione illarum arborum (veluti oliveti) fundus comparabatur: sive sciente sive ignorante venditore: sive autem emptor sciebat vel ignorabat, vel uterque eorum, haec obtinent, quae in superioribus casibus pro aedibus dicta sunt.

59. CELSUS, lib. 8 Digestorum.

Cum venderes fundum, non dixisti, ita ut optimus maximusque verum est, quod Quinto Mucio placebat, non liberum, sed qualis esset, fundum praestari oportere: idem et in urbanis praediis dicendum est.

60. MARCELUS, lib. 6 Digestorum.

Comprehensum erat lege venditionis, dola sexaginta emptori accessura, cum essent centum: in venditoris fore potestate responsum est, quae vellet dare.

61. Idem, lib. 20 Digestorum.

Existimo posse me id, quod meum est, sub conditione emere: qui forte speratur meum esse desinere.

62. MODESTINUS, lib. 8 Regularum.

Qui officii causa in provincia agit, vel militat, praedia comparare in eadem provincia non potest: praeterquam si paterna ejus a fisco distraherentur. — § 1. Qui nesciens loca sacra, vel religiosa, vel publica, pro privatis comparavit, licet emptio non teneat, ex empto tamen adversus venditorem experietur, ut consequatur, quod interfuit ejus, ne deciperetur. — § 2. Res in aversione empta, si non dolo venditoris factum sit, ad periculum emptoris pertinet: etiam si res assignata non sit.

63. JAVOLENUS, lib. 7, ex Cassio.

Cum servo dominus rem vendere certe personae jusserit, si alii vendidisset, quam cui jussus erat, venditio non valet. Idem juris in libera persona est, cum perfici venditio non potuit in ejus persona, cui dominus venire eam noluit. — § 1. Demonstratione fundi facta, fines nominari supervacuum est: si nominentur, etiam ipsam venditorem nominare oportet, si forte alium agrum confinem possidet.

64. Idem, lib. 2 Epistolarum.

Fundus ille est mihi et Titio emptus. Quero, utrum in partem, an in totum, venditio consistat, an nihil actum sit? Respondi: Personam Titii supervacuo accipiendam [puto]: ideoque totius fundi emptionem ad me pertinere.

65. Idem, lib. 11 Epistolarum.

Convenit mihi tecum, ut certum numerum regularum mihi dares certo pretio: quod ut faceres, utrum emptio sit, an locatio? Respondi: Si ex meo fundo tegulas tibi factas ut darem, convenit, emptionem potesse, non conductionem: totiens enim conductio alicujus rei est, quotiens materia, in quo aliquid praestatur, in eodem statu ejusdem manet: quotiens vero et immutatur, et alienatur, emptio magis, quam locatio intelligi debet.

66. POMPONIUS, lib. 31, ad Quintum Mucium.

In vendendo fundo quaedam, etiamsi non condicantur, praestanda sunt; veluti, ne fundus evincatur, aut, usu fructus ejus: quaedam ita demum, si dicta sint; veluti viam, iter, actum, aquae ductum praestatum iri. Idem et in servitutibus urbanorum praediorum. — § 1. Si cum servitus venditis praediis deberetur, nec commemoraverit venditor, sed sciens esse retinuerit, et ob id per ignorantiam rei emptor non utendo per statutum tempus eam servitutem amiserit, quidam recte putant venditorem teneri ex empto ob dolum. — § 2. Quintus Mucius [scribit, qui] scripsit rita caesa, [quaeque] aedium fundive non sunt, bis idem

venit, ne prostitit. — 14. L. 41, in fin. supr. h. t. — 15. L. ult. § 5, in fin. supr. de eo, per quem fact. — 16. L. 9, infr. de peric. et commod. rei vend. — 17. L. 57, supr. h. t. — 18. L. 75, infr. de evict. — 19. L. 99, infr. de verb. sign. — 19. L. pr. § 1, supr. de act. empt. — 20. L. 41, § 2, in fin. infr. de legat. 1. — 21. L. 46, supr. h. t. — 22. L. 4, supr. § ult. inst. eod. — 23. L. 14, in pr. infr. de fart. — 24. L. ult. C. de peric. et commod. rei vend. — 24. L. 5, supr. commod. praedior. — 25. Vide tamen L. 41, § 9, infr. de legat. 3; L. 110, in pr. infr. de reb. obig. — 26. L. 10, supr. h. t. — 27. L. 75, infr. de evictio. — 28. L. 1, § 1, infr. de actio. empt.

scriptum: nam rita caesa ea sunt, quae neque aedium neque fundi sunt.

67. Idem, lib. 59, ad Quintum Mucium.

Alienatio cum fit, cum sua causa dominium ad alium transferimus, quae esset futura, si apud nos et res mansisset: idque toto jure civili ita se habet, praeterquam si aliquid nominatim sit constitutum.

68. PROCLUS, lib. 6 Epistolarum.

Si, cum fundum venderes, in lege dixisses, quod mercedis nomine a conductore exegisses, id emptori accessurum esse: existimo te in exigendo non solum bonam fidem, sed etiam diligentiam praestare debere, id est, non solum, ut a te dolum malus absit, sed etiam ut culpa. — § 1. Fere aliqui solent haec verba adijcere, dolo malus a venditore ab erit: qui, etiam si adjectum non est, abesse debet. — § 2. Nec videtur abesse, si per eum factum est, aut fiet, quo minus fundum emptor possideat: erit ergo ex emptio actio, non ut [venditor] vacuum possessionem tradat, cum multis modis accidere poterit, ne tradere possit, sed ut si quid dolo malo fecit, aut facit, dolo malus ejus aestimaretur.

69. Idem, lib. 11 Epistolarum.

Rutilia Polla emit lacum Sabatenem angularium, et circa eum lacum pedes decem: quero, nunquid [et] decem pedes, qui tunc accesserunt, sub aqua sint, quia lacus crevit, an proximi pedes decem ab aqua Rutiliae Pollae juris sint? Proculus respondit: Ego existimo, eatenus lacum, quem emit Rutilia Polla, venisse, quatenus tunc fuit, et circa eum decem pedes, qui tunc fuerunt: nec ob eam rem, quod lacus postea crevit, latius eum possidere debet, quam emit.

70. LICINIUS RUFINUS, lib. 8 Regularum.

Liberi hominis emptionem contrahi posse plerique existimaverunt: si modo inter ignorantes id fiat. Quod idem placet, etiam si venditor sciat, emptor autem ignoret: quod si emptor sciens liberum esse, emerit: nulla emptio contrahitur.

71. PAPIRIUS JUSTUS, lib. 1 Constitutionum.

Imperatores Antoninus et Verus Augusti Sexto Vero in haec verba rescripserunt: Quibus mensuris aut pretiis negotiatores vina compararent, in contrahentium potestate esse: neque enim quisquam cogitur vendere, si aut pretium aut mensura displiceat: praesertim si nihil contra consuetudinem regionis fiat.

72. PAPIANUS, lib. 10 Quaestionum.

Pacta conventa, quae postea facta detrahunt aliquid emptioni, contineri contracta videntur: quae vero adijciunt, credimus [hoc] non inesse. Quod locum habet in his, quae adimicula sunt emptionis, veluti ne cautio duplex praestetur: aut, ut cum fidejussore cautio duplex praestetur: sed quo casu agente emptore non valet pactum, idem vires habeat jure exceptionis, agente venditore. An idem dici possit, aucto postea vel diminuto pretio, non immerito quaesitum est: quoniam emptionis substantia constitit ex pretio. Paulus notat, si omnibus integris manentibus, de augendo vel diminuendo pretio rursus convenit, recessum a priore contractu, et nova emptio intercessisse videtur. — § 1. Papianianus, lege venditionis illa facta, si quid sacri, aut religiosi, aut publici est, ejus nihil venit, si res non in usu publico, sed in patrimonio fisci erit, venditio ejus valebit: nec venditori proderit exceptio, quae non habuit locum.

73. Idem, lib. 3 Responsorum.

Aede sacra terra motu diruta, locus aedificii non est profanus, et ideo venire non potest. — § 1. Intra maceriam sepulchrorum hortis vel caeteris culturis loca pura servata, si nihil venditor nominatim excepit, ad emptorem pertinent.

74. Idem, lib. 1 Definitionum.

Clavibus traditis, ita mercium in horreis conditarum possessio tradita videtur, si claves apud horrea traditae sint: quo facto, confestim emptor dominium et possessionem adipiscitur, etsi non aperuerit horrea: quod si venditoris merces non fuerunt, usucapio confestim inchoabit.

75. HERMOGENIANUS, lib. 2 juris Epitomatum.

Qui fundum vendidit, ut eum certa mercede conductum ipse ha-

29. L. 17, § 6, infr. d. t. — 30. L. 25, § 2, supr. de servit. praed. rustic. — L. 12, § ult. supr. famul. crease. — L. 50, in pr. et § 1, infr. de acquir. rer. domin. — L. 54, infr. de reg. jur. — 31. L. 15, § 16, infr. de act. empt. — 32. L. 6, in fin. infr. d. t. — 33. L. 24, in fin. infr. de aqua et aquae plus. — 34. L. 4, L. 8, supr. § fin. inst. h. t.; L. 4, vers. respondit infr. quib. ad libert. proclam.; obs. L. 1, § 9, infr. de oblig. et act. — 35. L. 18, § 3, supr. de dolo malo. — 36. L. 57, in pr. infr. de evict. — 37. L. 7, § 6; L. 27, § 2, supr. de pact. — L. 2, infr. de rescind.

beat; vel, si vendat, non alii, sed sibi distrahat; vel simile aliquid paciscatur, ad complendum [id], quod pepigerunt; ex vendito agere poterit.

76. PAULUS, lib. 6 Responsorum.

Dolia in horreis defossa, si non sint nominatim in venditione excepta, horreorum venditioni cessisse videri. — § 1. Eum, qui in locum emptoris successit, iisdem defensionibus uti posse, quibus venditor [ejus] uti potuisset: sed et longae possessionis praescriptione, si utriusque possessio impleat tempora constitutionibus statuta.

77. JAVOLENUS, lib. 4, ex posterioribus Labeonis.

In lege fundi vendendi lapidicinae in eo fundo, ubique essent, exceptae erant: [et] post multum temporis in eo fundo repertae erant lapidicinae: eas quoque venditoris esse Tubero respondit: Labeo, referre quid actum sit: si non appareat, non videri eas lapidicinae esse exceptas: neminem enim nec vendere, nec excipere, quod non sit, et lapidicinae nullas esse, nisi quae appareant, et caelantur: aliter interpretantibus, totum fundum lapidicinatum fore, si forte toto eo sub terra esset lapis: hoc probo.

78. LABEO, lib. 4 posteriorum a Javoleno Epitomatum.

Fistulas emptori accessuras in lege dictum erat: quarebatur, an castellum, ex quo fistulis aqua duceretur, accederet? Respondi, apparere id actum esse, ut id quoque accederet, licet scriptura non continetur. — § 1. Fundum ab eo emisisti, cujus filii postea tutelam administrans, nequaquam accepisti possessionem: dixi tradere te tibi possessionem hoc modo posse, ut pupillus et familia ejus decedat de fundo, tunc demum tu ingrediaris possessionem. — § 2. Qui fundum ea lege emerat, ut soluta pecunia traderetur ei possessio, duobus heredibus relicta decessit: si unus omnem pecuniam solverit, partem familiae relictae iudicio servabit: nec, si partem solvat, ex empto cum venditore aget: quoniam ita contractum aes alienum dividi non potuit. — § 3. Frumenta, quae in herbis erant, cum vendidisses, dixisti, te, si quid vi, aut tempestate factum esset, praestaturum: ea frumenta nives corruerunt: si immoderate fuerunt, et contra consuetudinem tempestatis, agi tecum ex empto poterit.

79. JAVOLENUS, lib. 3, ex posterioribus Labeonis.

Fundi partem dimidiam ea lege vendidisti, ut emptor alteram partem, quam retinebas, annis decem certa pecunia in annos singulos conductam habeat? Labeo et Trebatius negant, posse ex vendito agi, ut id, quod convenerit, fiat. Ego contra puto: si modo ideo vilis fundum vendidisti, ut haec tibi conductio praestaretur: nam hoc ipsum, pretium fundi videretur, quod eo pacto venditus fuerat: eoque jure utimur.

80. LABEO, lib. 3 posteriorum a Javoleno Epitomatum.

Cum manu sata in venditione fundi excipiuntur, non quae in perpetuum sata sunt, excipi videntur, sed quae singulis annis seri solent, ita ut fructus eorum tollatur: nam aliter interpretantibus, vites et arbores omnes exceptae videbuntur. — § 1. Hujus rei emptionem posse fieri dixi, quae ex meis aedibus in tuas aedes projecta sunt, ut ea mihi ita habere liceat; deque ea re ex empto agi. — § 2. Sylva caedua in quinquennium venierat: quarebatur, cum glans decidisset, utrius esset? Scio Servium respondisse, primum sequendum esse, quod apparetur actum esse: quod si in obscuro esset, quaecunque glans ex his arboribus: quae caesa non essent, cecidisset, venditoris esset: eam autem, quae in arboribus fuisset eo tempore, cum haec caederentur, emptoris. — § 3. Nemo potest videri eam rem vendidisse, de cujus dominio id agitur, ne ad emptorem transeat: sed hoc aut locatio est, aut alius genus contractus.

81. SCEVOLA, lib. 7 Digestorum.

Titius, cum mutuos acciperet tot aureos sub usuris, dedit pignori sivo hypotheca praedia et fidejussorem Lucium: cui promissit, iura trium proximum se eum liberaturum: quod si id non fecerit die supra-scripta, et solverit debui fidejussor creditor, jussit praedia empta esse, quae creditoribus obligaverat: quero, cum non sit liberatus Lucius fidejussor a Titio, an, si solverit creditor, empta haberet supra-scripta praedia? Respondi, si non ut in causam obligationis, sed ut empta habeat, sub conditione emptio facta est, et contractam esse obligationem. — § 1. Lucius Titius promissit de fundo suo centum milia

vend. — 38. L. 1, § 21, in fin. infr. de acquir. vel amitt. possess. — 39. L. 21, § 4, infr. de act. empt. — 40. d. L. 21, § 5. — 41. Arg. L. 2, C. de pact. inter empt. — 42. Itemo vide L. 17, infr. de act. empt. — 43. L. 28, C. de evict. — 44. L. 2, § 20, infr. pro emptore. — 45. Itemo vide L. 47, § 28, L. 49, supr. h. t. — 46. Hoc mutat. N. 72, c. 1. — 47. Arg. L. 9, § 5, infr. de admin. et peric. tot. — L. 8, C. qui dare tutor. immo vide L. 1, § 15, infr. ad St. Trebea. — 48. L. 57, in pr. infr. de edict. — 49. L. 40, § 3, supr. h. t.